¹⁷⁰ See FN, cap. V, n° 4.

According to the second fragment, the *Apologia pro doctrina* claimed that Christ had promised the infallible assistance of the Holy Spirit to the Church, but not to individual Popes, as is shown by the fact that several of them had been heretics:

In Apolog. p. doctrina P. Fulgent. Masec. pag. 12. parag. notandum. 'Dominus Jesus Christus infallibilem Spiritus s.^{ti} assistentiam promisit Ecclesiae, contra quam portae inferi non praeualebunt, non autem Pontificibus singulis, cum aliquos ex illis constet fuisse haereticos.' Allegat autem auctoritatem doctorum aliquot Louaniensium ac Parisiensium necnon Gersonis.¹⁷¹ Sed si bene legisset iste apologista controuersias Syluij¹⁷², aliter deberet sentire et loqui.¹⁷³

We may thus conclude that, according to *FN*, the *dictata* as well as the *Apologia pro doctrina* did not restrict their denial of papal infallibility to questions of historical facts alone.¹⁷⁴ This would imply that Fulgentius subscribed to the position that was prohibited by the third prohibition of the decree of 1668. With regard to prohibitions 1, 4 and 6, which all concerned propositions condemned by *Ex omnibus afflictionibus* (1567) and *Cum occasione* (1653), *FN* suggests that Fulgentius accepted the condemnation of these propositions, without however admitting that they had been condemned in the sense of Baius or Jansenius.

¹⁷¹ For Gerson and the conciliarist tradition, see F. Oakley, *The conciliarist tradition. Constitutionalism in the Catholic Church 1300-1870* (Oxford 2003) pp. 60-110.

¹⁷² Reference to the *Libri VI de praecipuis fidei nostrae orthodoxae controuersiis cum nostris haereticis* (1638) of the Douai theologian Franciscus Syluius (1581-1649) and, more precisely, to lib. IV, quaest. II, art. 8, where Syluius advocates the Popes's infallibility in matters of Faith *siue cum generali concilio, siue sine illo*: [...] *fide certa est Romani Pontificis iudicium in rebus fidei determinandis esse infallibile, ita ut quando ex cathedra definit, siue quando ut Pontifex proponit Ecclesiae quidpiam fide credendum, nullo casu possit errare, siue cum generali concilio definiat, siue sine illo* (quoted according to *Operum F. Syluii* [...] *tomus quintus* [Anuerpiae 1714] p. 313). It should be noted that the works of Syluius had been recommended to the *lectores* at the Provincial Chapter of May 1677. Compare Hildebrand VI, p. 368; *Archium Capucinatorum Belgii* I, 1399; III, 1006, p. 688: *Quoniam autem plerique petiuerunt nominari aliquos theologos quos legere et in praxi tuto sequi poterunt, aestimant Reuerendissimi Patres Diffinitionis tales esse sanctos Patres, Summam diui Thomae, Resolutiones et Commentaria Syluii in Summam diui Thomae, Siluestrum, Wiggers, Nauarrum, Bonacinum, Binsfeldium cum annotationibus Syluii, quamuis nec damnemus nec censuremus alios.*

¹⁷³ See *FN*, cap. IV (*De summo pontifice*), n° 2.

¹⁷⁴ Against Hildebrand VI, p. 353 n. 3, who claims – precisely with regard to the two fragments quoted above: *FN*, cap. IV, n° 2 and cap. V, n° 4 – that Fulgentius of Maaseik only rejected papal infallibility *in factis historicis*: 'Er zal wel sprake zijn van de onfeilbaarheid "in factis historicis".'

5.3. *The list of 18 propositiones and responsiones*

Two documents preserved in the file *Archivum Generale O.F.M.Cap. G.22.13.2. Prou. Flandro-Belgica. De Jansenismo: propositiones edoctae, prouisiones Superiorum. 1668-1717* contain a list of 18 suspected *propositiones* that are ascribed to Fulgentius of Maaseik and of which each is followed by an apologetic *responsio* by the *lector* himself. According to the title of one of both documents, Fulgentius had been presented with the 18 *propositiones* just before the final exam of his *studium* at the convent of Brussels in 1668: *Propositiones seu doctrinae quas V. P. Fulgentius Masecanus Sacrae Theologiæ lector a 16 annis tradidit suis discipulis, eiusdem responsiones ad singulas dum illae ipsi exhiberentur a RR. PP. Prouinciali et Diffinitoribus immediate ante examen sui studij Bruxellis*. In both documents, the list is part of a larger whole that was compiled with anti-Jansenist intentions during the 1680s. This, however, does not alter the fact that the list itself – and especially the series of *responsiones* – allows us to have a close look at some of Fulgentius' thoughts.

A first document (*Q*) was compiled in Rome after 2 September 1683, when the *Specimina moralis Christianae et moralis diabolicae* of the Bogard *lector* Gilles Gabrielis¹⁷⁵ were condemned for the second time ([...] *cuius liber dictus Specimina moralis Christianae et diabolicae [...] bis hic Romae est damnatus [...]*).¹⁷⁶ The document counts 4 pages written by a single hand and sheds further light on the circumstances in which the list of 18 *propositiones* and *responsiones* came into being, as well as on its relation with the *Apologia pro doctrina* mentioned in *FN*. In the following edition, the list itself has been skipped, since it will be edited below on the basis of the second document, which pays much more attention to the content of the *propositiones* and *responsiones* than the first.

In nomine Domini. Amen.

Propositiones partim edoctae, partim dictae a religiosis nostrae Prouinciae Capucinorum Flandro-Belgicae, quae causa fuere dissensionum,urbationum et scandalorum eorum quae modo adhuc in eadem perseuerant.

¹⁷⁵ See L. Ceysens, *Gilles Gabrielis à Rome (1679-1683). Épisode de la lutte entre rigorisme et laxisme*, in: *Antonianum* 34 (1959) pp. 73-110; *Gabrielis (Gilles)*, in: *Dictionnaire d'histoire et de géographie ecclésiastiques* 19 (Paris 1981) cc. 580-582.

¹⁷⁶ See J. M. De Bujanda, *Index librorum prohibitorum* [n. 65] pp. 366-367.

Praecipuus uero horum author fuit P. Augustinus Buscoducensis, qui ob suas exorbitantias in materia doctrinae aliquando a D. Internuntio Apostolico fuit ablegatus e ditionibus Regis Catholici (de quo uaria assignabimus suis respectue locis specimina) quique infecit P. Fulgentium Maseicanum lectorem eiusque studiosos, contra quos hae sequentes propositiones ad Diffinitionem Prouincialem anno .1668. delatae fuerunt et ab eadem datae, ad quas respondit prout ad singulas patebit ex subunctis.

[...] ¹⁷⁷

Occasione huius doctrinae et contra ipsam ediderunt RR. PP. Prouincialis et Diffinitores decretum .21. Julij ¹⁷⁸. 1668. quod incipit: *Propter justas causas* etc. Sed nec lector, nec discipuli eius destitire a suis praeconceptis dogmatibus, sed clamauerunt illa esse Louaniensium et ab iisdem approbari. Imo uero confecerunt Apologiam pro defensione suae causae et doctrinae, in qua pagina I.^a haec uerba habentur: 'R. P. Patritius tunc Prouincialis tradidit illico P. Fulgentio Masecano cartam in duas compilatam columnas, quarum una continebat puncta ipsius doctrinae tanquam intollerandae et haereticae accusatoria, altera reservata erat pro ipsius defensorio responso. Hanc autem ut accepit, Venerabilem P. Gabrielis PP. Bogardorum Bruxellis insignissimum et fundatissimum lectorem adiit ac desuper consultauit. Qui candide confessus est 18. illas accusatorias obiectiones – demptis calumnijs – esse ipsissimam nudam et crudam rei theologicae ueritatem, quam ante ingressum religionis ipsemet per aliquot annos continuos Louanij ex ore doctorum ac lectione bonorum authorum perceperat, ac idcirco pro tali agnoscendam, sustinendam ac defendendam esse, licet duriuscule ab aduersa parte expressam. Iuxta huius aliorumque uirorum consilium fecit P. Fulgentius Masecanus, ut ex ipsius totidem patet responsis.'

Vbi notandum I^o. quod ille et illi aestimauerint semper, laudauerint et consultauerint praefatum P. Gabrielis aliosque eiusdem farinae et doctrinae, uirum nimirum cuius liber dictus *Specimina moralis Christianae et diabolicae* (quem tanti fecerunt et commendarunt) bis hic Romae est damnatus. Notandum .2^o. quod P. Fulgentius Masecanus illum super propositionibus sibi obiectis consultauerit, antequam ad singulas respondisset et ex illis quatuor ¹⁷⁹ negasset, et quod ille responderit illas esse ipsissimam nudam et crudam rei theologicae ueritatem etc., et quod deponit suas responsiones formauerit iuxta huius aliorumque consilium. Vnde patet quod illas sic docuerit prout jacebant, ¹⁸⁰ et quod de istorum consilio aliquas negauerit, alias uero exposuerit ad euadendam inuidiam propositionum erronearum aut damnatarum. Imo P. Paulus Teneramundanus, qui fuit ex eodem studio, adhuc

¹⁷⁷ The list of 18 *propositiones* and *responsiones* has been skipped here.

¹⁷⁸ Junij Q (cf. n. 239).

¹⁷⁹ quatur Q.

¹⁸⁰ It is not clear to me how the sentence *patet quod illas sic docuerit prout jacebant* naturally follows from what preceeds (as it is suggested by the relative adverb *unde*).

pridem dixit P. Felicissimo Antuerpiensi quod easdem propositiones docuisset, prout erant ei obiectae, nisi forsan excipiendo illam de paruulis.¹⁸¹

The above edition allows us to reconstruct in greater detail what happened in Brussels during the Intermediate Chapter of 1668. When Fulgentius of Maaseik was accused of having acquainted his students with some dubious teachings of Jansenius, the Provincial Patricius of Hazebroek immediately presented a sheet of paper to his *lector*, on which the latter had to write down a reply to the 18 suspected propositions that were ascribed to him. Fulgentius did this, however, only after having consulted Gilles Gabrielis, a Bogard *lector* who was often accused of fostering rigorist and Jansenist sympathies.¹⁸² The latter claimed that, apart from a few calumnies, the 18 propositions reflected, albeit in a rather harsh wording, the perfectly orthodox teaching he had received at the University of Louvain. This claim, it is said, inspired Fulgentius' reply and we will see below that his *responsiones* indeed rejected a few propositions as slanderous, but accepted most of them as orthodox (whether or not in a modified version). It was for this reason that Patricius of Hazebroek and his Definitors issued the six prohibitions which I have edited above. The *Apologia pro doctrina* was compiled by Fulgentius and his disciples only after these measures had been taken.

The second document containing the 18 *propositiones* and *responsiones* counts 8 pages and has been written by a single hand, to the exception of the last two lines, which have been added by a second writer, who declares that he had handed over the list of propositions and replies to the Austrian Definitor General Ildefonsus of Carlshoven, when the latter visited the Flandro-Belgian Province as *Commissarius Generalis* in June-September 1682 (*Propositiones hasce omnes cum earundem refutationibus tradidi R. A. P. Ildefonso*).¹⁸³ The document consists of the following three sections:

* pp. 1-5: the list of 18 *propositiones* and *responsiones* (title: *Propositiones seu doctrinae quas V. P. Fulgentius Masecanus Sacrae Theologiae lector a 16 annis tradidit suis discipulis, eiusdem responsiones ad singulas dum illae ipsi exhiberentur a RR. PP. Prouinciali et Diffinitoribus immediate ante examen sui studii Bruxellis*).

¹⁸¹ For this testimony of Paulus of Dendermonde and Felicissimus of Antwerp as its mediator, see the first quotation in n. 161.

¹⁸² See L. Ceyskens, *Gilles Gabrielis à Rome* [n. 175]; *Gabrielis (Gilles)* [n. 175].

¹⁸³ For the visitation by Ildefonsus, see Hildebrand VI, pp. 379-383.

* pp. 5-7: four considerations concerning the list of propositions and replies by the anonymous anti-Jansenist compiler of the whole document: *Ecce propositiones et responsiones P. Fulgentij Masecani, super quibus (cum eas exscripserim precise pro ut habeo in transumpto ad me misso) nota primo [...]. Nota 2° [...]. Nota 3° [...]. Nota 4° [...].*

* pp. 7-8: a copy of the decree of 1668: *Decretum quod RR. PP. Prouincialis et Diffinitores fecerunt 21 Julij 1668 contra prefatas doctrinas et explicationes V. P. Fulgentij Masecani.*

The text written by the first hand ends in the formula *Actum Bruxellis in Capitulo intermedio de consensu RR. PP. Diffinitorum 21 Julij 1668 / Erat subscriptum / f. Patritius Minister Prouincialis indignus*, which has led a Roman archivist to conclude that the tripartite document was compiled during the provincialate of Patricius of Hazebroek (3 September 1666-13 September 1669).¹⁸⁴ This conclusion, however, is contradicted by the title of the first section, which says that Fulgentius of Maaseik taught the listed propositions *a 16 annis*. Since Fulgentius was *Sacrae Theologiae lector* from 1665 until 1668,¹⁸⁵ the whole consisting of three sections must have been produced in the years 1681-1684, when a compiler linked the list and the decree of 1668 by means of four reflexions on the list's content. The compiler must have been an anti-Jansenist (Fulgentius of Nieuwpoort?), since his reflections on the *propositiones* and *responsiones* heavily criticize Fulgentius' views as 'Calvinist, or Jansenist, or at least Baianist' (*fere omnes illas propositiones sapere uel Caluinismum, uel Jansenismum, uel ad minus Baianismum*) and present the decree of 1668 as a justified reaction against Fulgentius' views (*aliquas etiam aperte contrariari Concilio Tridentino, qua propter etiam RR. PP. tunc ex obligatione officij et conscientia compulsi fuere condere decretum quod infra*). If all this is correct, the closing formula at the end of the document (*Actum Bruxellis [...] f. Patritius Minister Prouincialis indignus*) only relates to the third section (the decree) and not to the whole, which seems to be confirmed by the fact that other copies of the decree of 1668 end in the same formula.¹⁸⁶

¹⁸⁴ For these dates, see Hildebrand VI, p. 561 (n° 45). In the right upper corner of p. 1, a later hand has dated the whole document to 21 June 1668. This suggestion was taken over by the historian Fredegandus of Antwerp in his handwritten notes that are preserved in *Archium Capucinarum Belgii* III, 1068, sectio VI.15.192, p. 14v: 'Ms. latin non paginé de 8 pages – copie – signée par le P. Patrice min. Prov. – Fut soumis au Visit. gén. P. Ildephonse.' (my italics)

¹⁸⁵ See n. 134.

¹⁸⁶ Compare the above edition of the decree on the basis of the *Acta Capitularia* as well as some of the witnesses of the decree mentioned in n. 142.

In the following edition of the second document containing the 18 *propositiones* and *responsiones* (R),¹⁸⁷ I have adapted the punctuation to modern standards (except in the case of the long quotation from *Ex omnibus afflictionibus* in *Nota 4°* [see n. 237]). The footnotes do not aim at exhaustivity, but only offer a first contextualization of parts of the document. They may suffice, however, to demonstrate the high extent to which Fulgentius' views depended on the teaching of Augustine as it was interpreted by Jansenius.

Jesus

Propositiones seu doctrinae quas V. P. Fulgentius Masecanus Sacrae Theologiæ lector a 16 annis tradidit suis discipulis, eiusdem responsiones ad singulas dum illae ipsi exhiberentur a RR. PP. Prouinciali et Diffinitoribus immediate ante examen sui studij Bruxellis.

1a propositio. Liberum est quod aduertente ratione a uoluntate uel ad imperium uoluntatis incoacte fit coinciditque cum uoluntario perfecto, quod est illud quod fit a principio intrinseco cum perfecta cognitione finis¹⁸⁸. Itaque nulla indifferentia requiritur qua homo hic et nunc stantibus iisdem prærequisitis possit non peccare, ad hoc ut libere peccet¹⁸⁹, sed satis est quod aduertat deliberate se malum facere, licet hic et nunc non possit aliter facere. **Responsio.** Liberum est etc. Hanc liberi definitionem, quæ Louaniensium est, existimo esse bonam. Itaque non requiritur illa philosophica indifferentia, qua homo qui peccat sic est indifferens ut stantibus omnibus prærequisitis possit non peccare, id est laudabiliter peccatum euitare, actualiter et in sensu composito,

¹⁸⁷ The first document containing the list of *propositiones* and *responsiones* (Q) offers a rather corrupted version of the text. Some interesting variant readings are: *prop. 3* sola³] uiolentia *add. Q* | *prop. 5* actionis] uirtuosae *add. Q* | *prop. 8* sanctificante] justificante *Q* | *prop. 10* saluare] liberare et *praem. Q* | *resp. 10* medium] remedium *Q* | dicere] et quod oppositum non nisi imprudens iudicabit *add. Q* | *prop. 14* parum] parui *Q*

¹⁸⁸ Fulgentius has integrated the Thomistic concept of the *uoluntarium perfectum* (I^a-II^aae q. 6 a. 2 co.: [...] *ad rationem uoluntarii requiritur quod principium actus sit intra cum aliqua cognitione finis. Est autem duplex cognitio finis, perfecta scilicet et imperfecta. Perfecta quidem finis cognitio est quando non solum apprehenditur res quae est finis sed etiam cognoscitur ratio finis et proportio eius quod ordinatur ad finem ipsum. Et talis cognitio finis competit soli rationali naturae. [...] Perfectam igitur cognitionem finis sequitur uoluntarium secundum rationem perfectam, prout scilicet apprehenso fine aliquis potest, deliberans de fine et de his quae sunt ad finem, moueri in finem uel non moueri*) in a Jansenist denial of the Molinist *libertas indifferentiae*.

¹⁸⁹ Rejection of the Molinist claim *Illud agens liberum dicitur quod, positis omnibus requisitis ad agendum, potest agere et non agere* (see R. Garrigou-Lagrange, *Prédestination*, in: *Dictionnaire de théologie catholique* 12.2 [Paris 1935] cc. 2809-3022 [esp. cc. 2968-2969]). Compare also Jansenius, *Augustinus*, tom. 3, lib. 7, cap. 11 (*Error pelagianus est requiri ad libertatem indifferentiam ad bonum et malum*).

ad hoc ut libere peccet (sic ut aliquando uerum sit dicere: 'Homo peccat et positus omnibus pręrequisitis non peccat'), sed non tantum satis est, uerum etiam aliquando superfluum quod aduertat deliberate se malum facere formaliter (id est ut aduertat ad¹⁹⁰ malitiam actus), licet hic et nunc non possit peccatum laudabiliter euitare in sensu composito, ita scilicet ut aliquando fiat quod sic euitet.

2a propositio. Verba Concilij Tridentini quibus ad propositum dicit quod hominis arbitrium cooperetur assentiendo Deo excitanti et possit dissentire si uelit¹⁹¹, non sunt sic accipienda quasi homo posset stante influxu gratię efficacis dissentire, sed hoc modo, scilicet quod eandem gratiam, postmodum interueniente tentatione diabolica aut concupiscentia ualidiore insurgente, abijcere possit.

Resp. Verba Concilij Tridentini etc. non sunt sic accipienda quasi homo posset stante influxu gratię efficacis dissentire actualiter et in sensu composito, uidelicet respectu illius effectus ad quem proxime ex Dei intentione datur (sic ut uerum sit aliquando dicere: 'Stat influxus gratię efficacis et homo non operatur bonum'), sed hoc modo, scilicet quod eandem gratiam, postmodum interueniente tentatione diabolica aut concupiscentia ualidiore insurgente, abijcere possit actualiter et in sensu composito, id est ut sepe fiat quod illam abijciat.¹⁹²

¹⁹⁰ ad ad R

¹⁹¹ Cf. Sess. 6 de iustificatione, can. 4 (H. Denzinger, *Enchiridion* [n. 17] n° 1554).

¹⁹² Note the structural parallel between *resp.* 1 and 2. It is stressed that the freedom of the human will is not abolished by the fact that a sinner necessarily sins when he sins (*resp.* 1) and that God's efficient grace never fails to produce the effect for which it has been given (*resp.* 2). For the distinction between *posse in sensu diuiso* and *posse in sensu composito*, on which both *responsiones* are based, see J. Carreyre, *Jansénisme* [n. 2] cc. 426-427; P. Sellier, *Pascal et Saint Augustin (Bibliothèque de l'évolution de l'humanité 12, Paris 1995 [= 1970])* p. 332. For *prop.* and *resp.* 2, see especially Jansenius, *Augustinus*, tom. 3, lib. 8, cap. 4 (*Conciliatio gratiae Christi quam Augustinus docuit, cum libero arbitrio iuxta principia scholasticorum*): *Et ipsa Scriptura sacra de renato ex Deo loquens*: Qui natus est ex Deo peccatum non facit &c. et non potest peccare [1 John 3:9]. *Sicut ergo in sensu composito uerae sunt huiusmodi phrases quibus uoluntas acta per diuinam gratiam dicitur non posse resistere Deo, non posse dissentire ab eo quod per eam uult operari Deus, non posse declinari, non posse superari, ita e contrario in sensu diuiso uerae sunt quibus dicitur posse declinari, posse superari, posse dissentire. Eodem igitur modo locus Concilij Tridentini quo dicit quod liberum arbitrium à Deo motum & excitatum possit dissentire si uelit [Sess. 6 de iustificatione, can. 4; H. Denzinger, *Enchiridion* [n. 17] n° 1554], itemque quod inspirationem recipiens illam & abijcere potest [Sess. 6 de iustificatione, cap. 5; H. Denzinger, *Enchiridion* [n. 17] n° 1525], non difficulter ab eis & a nobis solui potest. Concilium enim in sensu diuiso, inquit, loquitur, quo significatur ita hominem recipere Dei inspirationem & motionem & excitationem istius delectationis aut praedeterminationis (addo, si libet, etiam actuale ipsius uoluntatis consensionem ac motum) ut nihil auferat ejus uoluntati potestatem dissentendi, si uelit, quamuis actualis dissensus cum illis pręsuppositis componi nequeat. Potestas enim dissentendi non repugnat isti excitationi aut delectationi aut praedeterminationi aut ipsi etiam consensui actuali uoluntatis, sed tantum dissensus actualis; quemadmodum cum paries albus uere dicitur esse posse niger, non hoc significatur quod albedine permanente simul in eo nigredo reperiri possit, sed quod simul cum albedine sit in eo potentia ut fiat niger.*

3a prop. *Condemnatio horum duorum articulorum a tribus Pontificibus*¹⁹³: *Quod uoluntarie fit, etiamsi necessitate fiat, libere tamen fit*¹⁹⁴, item: *Sola uiolentia repugnat libertati hominis naturali*¹⁹⁵, nihil contra præallegatam liberi coincidentis cum uoluntario perfecto definitionem, cum probabilius sit quod prima sententia, pro ut in bulla damnatur, accipienda sit uniuersaliter (ut sensus sit: 'Omne quod uoluntarie etc.'), sed negata indifferentia ad oppositum¹⁹⁶; datur ad saluationem bullę manifesta instantia in pueris, item in motibus uoluntatis primo primis etc.¹⁹⁷ Quantum ad secundam: *Sola uiolentia* etc., non sola, sed et indeliberatio repugnat libertati¹⁹⁸.

¹⁹³ Pius V: *Ex omnibus afflictionibus* (1567; H. Denzinger, *Enchiridion* [n. 17] n^{os} 1901-1980); Gregory XIII: *Prouisionis Nostrae* (1579); Urbanus VIII: *In eminenti* (1642).

¹⁹⁴ 39th of the 79 propositions condemned in *Ex omnibus afflictionibus* (Pius V; 1567); H. Denzinger, *Enchiridion* [n. 17] n^o 1939.

¹⁹⁵ 66th proposition condemned in *Ex omnibus afflictionibus*; H. Denzinger, *Enchiridion* [n. 17] n^o 1966.

¹⁹⁶ In *prop.* and *resp.* 1 and 2, Fulgentius rejects the Molinist conviction that human freedom implies an *indifferentia* that makes man capable at any moment to chose autonomously whether he will perform a (bad/good) act or not. The *indifferentia* referred to in *prop.* 3, on the other hand, is a kind of indifference that was also recognized by Jansenius. It was the latter's conviction that post-lapsarian man was subject to a struggle between two opposite delectations – a *delectatio coelestis* and a *delectatio terrena* – and that he *necessarily* consented at any moment with the delectation that currently had the upper hand. For Jansenius, this necessity did not exclude human liberty, for it implied that the human will was not determined by blind, deterministic mechanisms. This conviction is expressed in Jansenius' *indifferentia* concept: 'La liberté humaine actuelle n'est que l'exemption d'une nécessité volontaire immuable. Durant toute notre vie, il y a conflit entre les deux délectations qui peuvent successivement triompher, suivant la prédominance de l'une ou de l'autre, dans la volonté qui consent toujours et nécessairement à la délectation la plus forte; par suite, la volonté de l'homme ici-bas n'est point fixée et confirmée dans un état, comme celle des bienheureux dans le bien et celle des damnés dans le mal. Elle peut changer, ou, plus exactement, elle peut être changée. En cela consiste son indifférence et cela est la condition suffisante pour qu'il puisse mériter ou démeriter.' (J. Carreyre, *Jansénisme* [n. 2] c. 487) Fulgentius subscribes to the papal condemnation of the proposition *Quod uoluntarie fit, etiamsi necessitate fiat, libere tamen fit*, if the proposition is applied to every act of the will (*prima sententia, pro ut in bulla damnatur, accipienda sit uniuersaliter* [...]) and simultaneously presupposes the denial of the *indifferentia* that has just been described ([...] *sed negata indifferentia ad oppositum*). In that case, the human freedom spoken of by the proposition (*libere tamen fit*) would be reconcilable with a blind, deterministic necessity that does not involve the *indifferentia* that Jansenius saw as a sufficient condition for post-lapsarian man to merit or demerit.

¹⁹⁷ If the 39th proposition of *Ex omnibus afflictionibus* is given a universal meaning ([...] *ut sensus sit: 'Omne quod uoluntarie etc.'*), the proposition implies that even acts of the will that are not accompanied by a *perfecta cognitione finis* (e.g. acts of little children or the indeliberate movements of the will [*motus uoluntatis primo primi*]) are free. Fulgentius rejects the proposition, if it is interpreted in this universal sense, and thus sees no contradiction between the proposition's condemnation in *Ex omnibus afflictionibus* and his own definition of the *liberum* in *prop.* and *resp.* 1.

¹⁹⁸ Compare Fulgentius' interpretation of the condemned meaning of both propositions with Jansenius, *Augustinus*, tom. 3, lib. 6, cap. 36 (*Explicantur propositiones*

Resp. Explicationes horum duorum articulorum non uidentur mihi incongruę. Notant hic aliqui doctores in bulla Baiana propositiones multas non aliqua speciali censura esse censuratas, seu tamquam hereticas aut scandalosas aut piarum aurium offensus etc. nec posse omnes ut hereticas condemnari, cum aliquę ex ijs habeantur apud S. Augustinum.

4a prop. Damnatio huius articuli omnem huius quęstionis altercationem tollens¹⁹⁹, ut quondam aiebat Innocentius X contra Jansenium: *Ad merendum et demerendum in statu nature lapsę non requiritur in homine libertas a necessitate, sed sufficit libertas a coactione, parum curatur*²⁰⁰.

Resp. Damnatio huius articuli: *Ad merendum uel demerendum* etc. multum curatur et aliud calomniöse dicitur.

5a prop. Scripturę illę Deuteronomij: *Mandatum quod ego præcipio tibi hodie, non est supra te, sed iuxta te, ut facias illud*²⁰¹, item: *Testes inuoco cęlum et terram, quod proposuerim uobis uitam et mortem; elige ut uiuas*²⁰², non aliud fere continent quam exhortationes et incitamenta ad bonum et auocamenta a malo. Quibus ut locus sit, non est necesse quod homo possit idem facere et omittere stantibus ijsdem pręrequisitis, sed satis est quod actionis²⁰³ ęque capax sit, cum gratia Dei, ac uitiosę. Quo posito non est inutile eum moneri et increpari, cum hę admonitiones sepe proxime uel remote suppeditent ea quibus tam ad bonum exercendum quam a malo abstinendum indiget.

6a prop. Scriptura illa de Eccli 15: *Reliquit Deus hominem in manu consilij sui; ante eum uita et mors, bonum et malum; quod uoluerit, dabitur illi*²⁰⁴, de homine solum ante lapsum intelligenda est.

Resp. ad 5 et 6 propositionem. Explicationes scripturarum Deuteronomij et Ecclesiastici non uidentur mihi etiam incongruę. Pro posteriori citatur D. Thomas, S. Augustinus et Louanienses.²⁰⁵

ex bulla Pij quinti: Quod uoluntarie fit etc. et Sola uiolentia etc.): Constat enim huiusmodi improuisos uoluntatis motus esse uoluntarios & sine uiolentia ex uoluntate fluere, nec tamen etjam illo sensu esse liberos. Deest illis quippe id quod præcipuum est, quia non sunt in hominis potestate, non sumus eorum Domini, fiunt sine plena rationis aduertentia, profluunt inuita repugnanteque uoluntate; quae singula essentialiter repugnant libertati. Amplius ergo sine dubio requiritur, quam esse uoluntarium & sine uiolentia, ut sit liberum. Hoc Pontifices stabilire uoluerunt, ne tales spontanei necessarij motus liberi putarentur [...].

¹⁹⁹ tollentis R

²⁰⁰ 3rd of the 5 propositions condemned in *Cum occasione* (Innocent X; 1653);

H. Denzinger, *Enchiridion* [n. 17] n° 2003.

²⁰¹ Deut. 30:11 and 14.

²⁰² Deut. 30:19.

²⁰³ Actionis standing for *actionis bonae*. Cf. *infra* (Nota primo aliquas mendas esse commissas [...]). See also n. 187.

²⁰⁴ Eccli. 15:14 and 18.

²⁰⁵ Augustine and Thomas did not restrict Eccli. 15:14 and 18 to Adam's state *ante lapsum*. Compare, e.g., Aug., *gr. et lib. arb.* 2, 3, where the verses are quoted as biblical proof for the existence of human free will in general. The exegesis proposed

7a *Justi non habent auxilium gratiæ semper ad manum, qua dici possint, si uoluerint, in iustitia perseuerare; et Deus iuste ipsis potest rogantibus pro maiori auxilio in ualida tentatione exurgente denegare et subtrahere gratiam, qua negata et subtracta necessario, uere tamen peccant.*

Resp. Existimo quod omnes *justi non habeant auxilium gratiæ semper ad manum, qua dici possint, si uoluerint, in iustitia perseuerare actualiter* (sic ut ipsum perseuerare dependeat ex mero beneplacito ipsorum liberi arbitrii cum gratia perfecte sufficienti, quæ illis semper adest et quam possunt reddere efficacem, dum uolunt). Ad 2am partem: quod Deus iuste possit ipsis rogantibus, remitte et non sicut oportet, pro maiori auxilio in ualida tentatione exurgente denegare gratiam efficacem, qua negata ineuitabiliter, uere tamen peccabunt.

8a prop. Verba Concilij Tridentini (quæ contraria huic assertioni uidentur, dum ait: *Si quis dixerit iustificatum uel sine speciali auxilio Dei in accepta iustitia perseuerare posse uel cum eo non posse, anathema sit*²⁰⁶): *Deus namque semel sua gratia iustificatos non deserit, nisi primo deseratur*²⁰⁷, hoc

by Fulgentius was defended, however, in the pseudo-Augustinian *Hypomnesticon*: *Quid est autem, Et reliquit illum in manu consilii sui, nisi: Dimisit eum in possibilitate liberi arbitrii sui? In manu enim possibilitas intellegitur. Ipsa est prima gratia, qua primus homo stare potuisset, si seruare Domini mandata uoluisset. Hac ergo per inoboedientiam desolatus, Deo iudice iusto, factus est serpenti, id est diabolo, cui maluit oboedire quam Deo, captiuus* (Responsio 3, 2; J. E. Chisholm, *The Pseudo-Augustinian Hypomnesticon against the Pelagians and Celestians*. I [Paradosis 20, Fribourg 1967] pp. 155-156 and II [Paradosis 21, Fribourg 1980] pp. 119-120, ll. 30-35). It is also implied in Jansenius, *Augustinus*, tom. 3, lib. 9, cap. 25: [...] *non esse jam liberum arbitrium in eo statu in quo, quando condebatur ab auctore suo, institutum fuit [...]. Nam quamuis uerissimum sit aequum esse ut creaturae rationalis felicitas & infelicitas, bonum ac malum ab ipsius proprio arbitrio suspendatur & ante eum posita uita & morte, bono & malo, quod placuerit ei detur illi, postquam jam tamen in manu consilii sui positus alterutrius partis electionem semel fecit, non est aequum ut in istam iterum boni ac mali indifferentiam reuocetur, sed potius ut istius electionis bonitatem aut malitiam praemium aut supplicium consequatur. Nam hoc est ipsissimum illud quod scriptura tangit, dum dicit: quod placuerit ei dabitur illi, uita scilicet, aut mors, bonum aut malum, quibus nihil aliud significatur quam praemium aut poena istius electionis quam manus consilii in quo homo ab initio constitutus est, propria sua libertate fecit. Est autem proprium praemium electionis bonae & malae ut arbitrium in eo quod sibi delegit utrimque firmetur atque hoc ei stabiliter diligendum detur quod sibi diligendum eligendumque iudicauit. It should be noted that the exegesis of Eccli. 15:14 and 18 proposed by Fulgentius is explicitly rejected in the *Theologia uniuersa ad usum Sacrae Theologiae candidatorum* of the Capuchin friar Thomas a Charnes (originally published in 1751): *Eccli 15. Deus ab initio constituit hominem, et reliquit illum in manu consilii sui [...] Eo loci, uera exprimitur libertas a necessitate, etiam simplici et uoluntaria; atqui hic locus non debet restringi ad Adam ante lapsum, ut restringitur a Caluino [...]* (quoted from the Augsburg edition of 1780, vol. 4, p. 79).*

²⁰⁶ Sess. 6 de iustificatione, can. 22 (H. Denzinger, *Enchiridion* [n. 17] n° 1572).

²⁰⁷ Sess. 6 de iustificatione, cap. 11 (H. Denzinger, *Enchiridion* [n. 17] n° 1537).

sensu accipienda sunt, scilicet quod Deus neminem priuet sua gratia sanctificante et habituali, nisi homo prius peccarit; ex quo non conuincitur quod Deus non possit prius gratiam suam actualement subtrahere, qua subtracta homo necessario peccat, Deum derelinquit et gratia justificante priuatur.

Resp. Explicatio uerborum Concilij Tridentini: *Si quis* etc. non uidetur mihi omnino incongrua, licet forte melior explicatio dari possit.

9a prop. Ista ab Innocentio damnata opinio predictæ²⁰⁸ conformis: *Aliqua Dei præcepta hominibus iustis uolentibus et conantibus secundum præsentis quas habent uires, sunt impossibilia: deest quoque ipsis gratia qua possibilia fiant*²⁰⁹, ad instar prioris nihili fit.

Resp. Ista ab Innocentio damnata etc. *Aliqua Dei præcepta* etc. ad instar prioris magni fit et ab alijs calumnia nobis infertur.

10a Verba illa D. Augustini quibus ait: *Multos paruulorum non fieri saluos, non quia ipsi nolunt, sed quia Deus non uult*²¹⁰, in sensu positiuo, non negativo sunt accipienda, ac si dicat: 'Multos paruulorum perire, non quia ipsi (quippe incapaces) uoluerunt libere perire, sed quia Deus ipsos positue et directe uult exclusos, ordinans ad eum finem sic causas secundas, ut impediunt quo minus ad salutis necessaria perueniant.'²¹¹ Vnde uerba illa: *Christus*

²⁰⁸ See *prop.* and *resp.* 4.

²⁰⁹ 1st proposition condemned in *Cum occasione*; H. Denzinger, *Enchiridion* [n. 17] n° 2001.

²¹⁰ Cf. *ep.* 217 (*ad Vitalem*), 6, 19.

²¹¹ In *ep.* 217, 6, 19, Augustine rejects the use of 1 Tim. 2:4 (*Deus omnes homines uult saluos fieri*) as an argument in favour of the claim that 'all human beings would receive grace if those to whom it is not given would not reject it by their own will.' This claim is mistaken, Augustine says, since children 'who do not have a will opposed to it', also die without baptism, even when 'their parents desire it and hasten to it'. Reason why they do not receive grace, is not that they would reject it by their own will if it were given to them, but simply that God does not want to give it to them: *Quo modo dicitur omnes homines eam fuisse accepturos, si non illi quibus non datur, eam sua uoluntate respuerent, quoniam Deus uult omnes homines saluos fieri, cum multis non detur paruulis et sine illa plerique moriantur, qui non habent contrariam uoluntatem, et aliquando cupientibus festinantibusque parentibus, ministris quoque uolentibus ac paratis, Deo nolente non detur, cum repente, antequam detur, expirat, pro quo, ut acciperet, currebatur? Vnde manifestum est eos qui huic resistunt tam perspicuae ueritati, non intellegere omnino qua locutione sit dictum quod omnes homines uult Deus saluos fieri, cum tam multi salui non fiant, non quia ipsi, sed quia Deus non uult, quod sine ulla caligine manifestatur in paruulis.* According to Jansenius in a chapter on the right interpretation of 1 Tim. 2:4, Augustine claims in *ep.* 217, 6, 19 (and other passages) not only that God does not have the will to save all children, but also that He does not want to save certain children in spite of the efforts of their parents to bring them to baptism and this because He has excluded them from the Kingdom: *Haec igitur considerans Augustinus non solum negat habere Deum istam omnium paruulorum saluandorum uoluntatem, sed etiam saepius exsertis uerbis docet, hominibus uolentibus quosdam paruulos saluos facere, nolle Deum ut salui fiant, quos iusto iudicio à regni sui felicitate secluit* (Augustinus, tom. 3, lib. 3,

*pro omnibus mortuus est*²¹² etc. *Deus uult omnes homines saluos fieri*²¹³ hoc aut simili modo intelligenda sunt: *pro omnibus*, id est pro aliquibus ex omni genere hominum, uel *pro omnibus*, id est pro omnibus qui salui fiunt, uel rursus *pro omnibus*, id est quantum ad sufficientiam sitam in eo quod mors in se tanti ualoris sit quod pro omnibus omnino saluandis satis esset, si fuisset omnibus applicata uel per eam omnes uoluisset saluare²¹⁴; quæ interpretationes an non repugnent huic damnato ab Innocentio articulo: *Semipelagianum esse dicere Christum pro omnibus hominibus mortuum esse aut sanguinem fudisse*²¹⁵, prudens iudicet.

Resp. Existimo posse dici quod pueri morientes sine baptismo non habeant proprie medium sufficiens ad salutem (1) et quod Deus ordinet causas 2^{as} non libere agentes in interitum puerorum, antequam sint baptisati, ad quorum interitum sequitur damnatio propter peccatum originale.

Explicationes hae²¹⁶ uerborum S. Scripturæ existimo quod non tantum prudentes, sed etiam uiri sancti iudicent non esse incongruas aut repugnare huic damnatæ ab Innocentio X.: *Semipelagianum est dicere*.

11a prop. Gratia status naturæ integræ a statu naturæ lapsæ in eo distinguitur quod illa dabat posse, nostra autem absolute semper facere, adeoque omnis gratia nostra est efficax, nec est admittenda diuisio gratiæ in sufficientem et efficacem pro moderno statu²¹⁷.

Resp. Gratia status naturæ lapsæ uidetur mihi quod sit semper efficax ad eum finem ad quem proxime datur ex Dei intentione, licet non sit semper efficax ad eum finem ad quem ex natura sua tendit²¹⁸; nec admittendum puto pro

cap. 20). Compare the paraphrase by J. Carreyre, *Jansénisme* [n. 2] c. 398: '[...] Dieu ne veut pas à la lettre sauver tous les hommes. Saint Augustin dit même que Dieu ne veut pas sauver certains enfants, malgré les efforts des hommes qui voudraient les sauver et cela, parce que, par un juste jugement, il les a exclus positivement de son royaume.' (my italics) Following Jansenius, Fulgentius interprets ep. 217, 6, 19 as implying that God has positively excluded certain new born children from His Kingdom.

²¹² 2 Cor. 5:15.

²¹³ 1 Tim. 2:4.

²¹⁴ For these interpretations, see Jansenius, *Augustinus*, tom. 3, lib. 3, capp. 20-21 (*Exponitur locus Apostoli: Deus omnes homines uult saluos fieri etc. + Quomodo Christus sit redemptor omnium, pro omnibus crucifixus & mortuus*); J. Carreyre, *Jansénisme* [n. 2] cc. 397-399; L. Cognet, *Le jansénisme* [n. 2] pp. 55-56.

²¹⁵ 5th proposition condemned in *Cum occasione*; H. Denzinger, *Enchiridion* [n. 17] n° 2005.

²¹⁶ *Has* would have been preferable. Cf. *infra* (*Nota primo aliquas mendas esse commissas [...]*).

²¹⁷ See Jansenius, *Augustinus*, tom. 3, lib. 3, cap. 1 (*Tangitur natura adiutorii sufficientis & ostenditur nullum dari post lapsum quin simul efficax sit. Hoc enim repugnat multis principiis Augustini & Ecclesiae*).

²¹⁸ Compare A. Arnauld, *Vera S. Thomae de gratia sufficiente et efficaci doctrina dilucide explanata*, art. 23, n° 5, in: *Œuvres de Messire Antoine Arnauld* 20 (Paris 1778) p. 74: *Etsi auxilium omne Dei mouentis semper efficax sit alicujus*

moderno statu diuisionem gratiæ in sufficientem et efficacem (sufficientem scilicet complete et perfecte, qua scilicet liberum arbitrium sic expeditum est, ut ex mero ipsius arbitrio pendeat quod actus ponatur uel non).

12a prop. Verba illa Actorum (et similia, tum Veteris tum Noui Testamenti) quibus S. Stephanus aiebat Judæis: *Dura ceruice et incircumcisis cordibus uos semper Spiritui sancto resistitis*²¹⁹, item illa Prouerbiorum: *Vocaui et renuistis, extendi manum meam et non fuit qui aspiceret*²²⁰, tantum de externa uocatione externisque gratiæ oblationibus sunt accipienda.

Resp. Verba Actorum etc. possunt etiam de internis gratiæ oblationibus intelligi.

13a prop. Per illa uerba Isaiæ 5 ubi conqueritur Dominus dicens: *Quid est quod debui ultra facere uineę mee et non feci? An quod exspectaui ut faceret uuas, fecit autem labruscas?*²²¹ solum uult Deus quod tam multa beneficia, item signa externa populo suo²²² exhibuisset, tam patienter ipsos sustinuisset et longanimitate cum eis processisset, ut humano modo loquendi nihil amplius quis facere posse uideatur, ut quis animum alicuius sibi rebellem lucraretur; non quod reuera Deus uelit quod omnia necessaria absolute eis subministrasset quibus bonum facere et instar optime uineę in dulces fructus pullularet iustitię.²²³

Resp. Ad uerba Isaiæ non habeo quod contradicam illorum explicationi.

14a prop. Damnatio huius articuli ab Innocentio X: *Interiori gratiæ in statu naturę lapsę numquam resistitur*²²⁴, per quam omnis in contrarium suspicio funditus sublata apparet, parum momenti reputatur.

Resp. Damnatio huius articuli etc. magni momenti reputatur.

effectus, ejus nempe ad quem efficiendum diuina uoluntate destinatur, ut fatentur omnes S. Thomæ discipuli; ei tamen interdum resistitur, respectu alterius effectus ad quem ex natura sua refertur. Vt cum peccatorem Deus ad pie uiuendum excitat, efficit quidem semper illa gratia ut secundum mensuram donationis Christi aliquam habeat ille peccator pie uiuendi uoluntatem, qua ratione gratia illa efficax est. Sed non semper tanta est illa uoluntas, etiam per gratiam inspirata, ut resistentem sibi peccati delectationem superet & ad piam uitam peccatorem reipsa perducatur, qua ratione illi resistitur.

²¹⁹ Acts 7:51.

²²⁰ Prov. 1:24.

²²¹ Is. 5:4.

²²² The Jews.

²²³ Fulgentius rejects the exegesis of Is. 5:4 according to which God gave to the Jews everything that is necessary for conversion. For, if God had given them everything that is necessary for conversion, they would also have received the grace that infallibly brings about conversion. For this reason, Fulgentius proposes an alternative interpretation, according to which God's claim in Is. 5:4 is considered a hyperbole: God just wanted to say that He did so much for the Jews that, speaking in human terms, nobody seems to be able to do more in order to win over a reluctant mind.

²²⁴ 2nd proposition condemned in *Cum occasione*; H. Denzinger, *Enchiridion* [n. 17] n° 2002.

15a prop. *Omnia opera infidelium sunt peccata; nec contrariatur huic damnatę propositioni: Omnia opera infidelium sunt peccata et uirtutes philosophorum sunt uitia*²²⁵.

16a prop. Quia salua manet bulla in bonis uolitionibus et desiderijs quę ante conuersionem Spiritus²²⁶ infidelibus immittere solet.

Resp. ad 15. et 16. prop. Existimo quod omnia opera perfecte infidelium sint peccata, quia non referuntur in Deum, ad quem omnia opera ex p̄cepto referri debent; per perfecte infideles intelligo illos qui nondum diuinitus incipiunt illuminari²²⁷.

17a prop. Pontificis iudicium non solum in ijs quę sunt facti, sed et alias extra concilium generale est fallibile.

Resp. Pontificis iudicium in ijs quę sunt facti, existimo esse fallibile; in ijs quę sunt iuris, extra concilium generale, dum ex cathedra loquitur, teneo esse infallibile, licet hoc non uideatur esse de fide²²⁸.

18a prop. Indulgentię non uidentur prodesse nisi ijs qui parati sunt, quantum in ipsis est, diuinę iustitię satisfacere, cum non appareat nisi amor proprius, qui non est modus conueniens relaxationem obtinendi.

Resp. Indulgentię etiam prosunt ijs qui parati non sunt, quantum in ipsis est, diuinę iustitię satisfacere, licet Altisiodorensis, Paludanus et Caietanus apud Estium teneant contrarium²²⁹. Existimo tamen illos non tam amplas indulgentias lucrari quam istos qui parati sunt, quantum in ipsis est, diuinę iustitię satisfacere.

²²⁵ 25th proposition condemned in *Ex omnibus afflictionibus*; H. Denzinger, *Enchiridion* [n. 17] n° 1925.

²²⁶ *Spiritus sanctus*. Cf. *infra* (Nota primo aliquas mendas esse commissas [...]).

²²⁷ See n. 268.

²²⁸ The addition *licet hoc non uideatur esse de fide* may be compared with the words *saltem in publico* in prohibition 3 of the decree of 1668: *Non teneat aut doceat quis saltem in publico quod Pontificis iudicium fallibile sit extra concilium uniuersale*. Both Fulgentius and the decree express their adhesion to the doctrine of papal infallibility in questions of Faith and morals, but avoid presenting it as a dogma. Compare also the opinion formulated by Arsenius of Fuentes at the end of his visitation of the Flandro-Belgian Province (Hildebrand VI, p. 412).

²²⁹ See Willem Hesselszoon van Est, *In quartum librum Sententiarum commentaria*. Tomus IV (Parisiis 1638 [first edition: 1615]) p. 292: *Porro praeter haec nonnulli putant indulgentiarum thesaurum nec illis prodesse qui quamuis in gratia constituti, negligunt tamen per seipsos satisfacere, sed iis duntaxat qui solliciti sunt ut integre in hac uita satisfaciunt pro peccatis, atque ob id aut imponi sibi petunt satisfactiones condignas, aut saltem eas sponte assumunt, easdemque implere curant. Caeterum qui quam minimam petunt sibi poenitentiam imponi, & praeter eam, quam minimam esse sciunt, non curant amplius de satisfaciendo, sed magis post hanc uitam contenti sunt luere in purgatorio, existimantes sibi sufficere, si euadant infernum: non esse cur tales sperent sibi per indulgentias subueniendum. Ita sentit & docet Caietanus tract. 10. de suscipientibus indulgentias, post Altisiodorensem & Paludanum.*

Ecce propositiones et responsiones P. Fulgentij Masecani, super quibus (cum eas exscripserim precise pro ut habeo in transumpto ad me misso) nota primo aliquas mendas esse commissas uel primo scribendo uel in transcribendo. Propositione enim 5 desiderari uidetur absolute li *bona*, ut sensus sit: *sed satis est quod actionis bonę eque capax sit, cum gratia Dei, ac uitiosę*. Item propositione 8: *nisi primo deseratur*; sic habet textus Concilij: *nisi ab eis prius deseratur*²³⁰. Item in responsione ad quęstionem seu propositionem 10: li *explicationes hę uerborum* debet ad constructionem sic uerti: *explicationes has uerborum*. Item in 16 propositione: ad li *Spiritus* addendum uidetur *sanctus*, u.g. *Spiritus sanctus*.

